rire oculoſ cęcorum · educere de uinculiſ alligatoſ.
·III· Cum ergo filiuſ miſſuſ & datuſ ſit · ſpſ quoque
miſſuſ & datuſ ſit · habent utiq; unitatem diuini
tatiſ qui habent operiſ unitatem; Unde &iam
digituſ dī appellatuſ eſt ſpſ. eo quod ſit patri &
filio & ſpui ſc̄o · indiuidua inſeparabiliſque com
munio; Nam ſicut filium dī ſcriptura dexte
ram dī dixit · ſicut lectum eſt; Dextera tua
dn̄e · glorificata eſt in uirtute · dextera manuſ
tua dn̄e confregit inimicoſ. Ita ſpſ ſc̄ſ appella
tuſ eſt digituſ dī · ſicut ipſe dn̄ſ dixit; Quod ſi
in digito dī ego eicio demonia; hunc digitum
enim · in alio libro euangelii · eodem loco dī ſpm̄
nominauit · Sicut habeſ; Quod ſi in ſpū dī ego
eicio demonia; Quid igitur expreſſiuſ ad ſig
nificandam diuinitatiſ uel operationiſ dici po
tuit unitatem · quę ſecundum diuinitatem
eſt patriſ uel filii · & ſpſ ſc̄i · quam ut intelle
gamuſ; multo magiſ quā corpuſ hoc noſtrum ·
ad ęternę plenitudinem diuinitatiſ ſcindi ne
quire; Et ſi quiſ unitatem ſubſtantię ſeparet.

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 150 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/csg/0102/150)